Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26393
Copyright: Admont, Benediktinerstift



proposuerunt te in conspectu suo. Et tu dne
ds miserator & misericors, patiens & multe
misericordie & uerax. Respice in me & miserere
mei, da impium tuum puero tuo, & saluum
fac filium ancille tue. Fac mecum signum
in bono, ut uideant qui oderunt me et
confundantur: quo tu dne adiuuisti me &
consolatus es me. Ps. LXXXVI.
Fundamenta eius in montibus sanctis: diligit dns portas syon super omnia tabernacula iacob. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas
ds. Memor ero rahab & babylonis scientium me.
Ecce alienigene & tyrus & ppls ethyopum, hi
fuerunt illic. Numqd syon dicet homo, &
homo natus est in ea, & ipse fundauit eam
altissimus. Dns narrauit in scripturis pplorum &
principum horum, qui fuerunt in ea. Sicut le
tantium omnium habitatio in te. Ps. LXXXVIII.
Dne ds salutis mee, in die clamaui &
nocte coram te. Intret in conspectu
tuo oratio mea, inclina aurem tuam